



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 8. An ad singulas confessiones requiratur novus actus doloris?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

gratie, dub. 14. num. 130. Palao tom. 4. tract. 23. disp. unica, punct. 2. num. 16. & punct. 6. num. 7. Diana 3. p. tract. 4. resol. 117. & desumitur ex D. Thoma q. 87. art. 1. in solut. ad primum. Et debent tenere omnes quæst. præcedenti citati pro nostra sententia; quia, ut vidimus, concedunt, ad valorem, & effectum hujus Sacramenti non requiri dolorem de omnibus venialibus subiectis; & expressius Diana, & Hurtado, qui hæc componunt cum affectu, & complacentia circa aliqua.

2. Hujus conclusionis ratio desumitur ex differentia peccati venialis, & mortalis: mortale namque remitti nequit, quin omnia mortalia remittantur; neque unius remissio stare potest cum effectu adhuc virtuali erga aliud. Unde provenit, quod detestatio peccati commissi, & propositum non peccandi omnia ad mortalia extendi debeat. Econtra verò, cum unum veniale possit remitti sine alio, imò, & existente affectu erga aliud, non est, cur ad remissionem unius requiratur propositum vitandi omnia. Confirmatur, quia propositum efficax non magis requiritur ad valorem Sacramenti, quam detestatio peccatorum, sed quia venialia sunt materia libera confessionis, non requiritur omnium detestatio: ergo neque propositum efficax vitandi omnia. Adde, juxta opinionem quæst. præcedenti relatam, non requiruntur ad valorem, & effectum Sacramenti dolorem efficacem de aliquo veniali, consequenter tenendum est, non requiri propositum efficax vitandi al. quod. Cui opinioni, videtur aliquibus, assentiri P. Suarez lib. 7. de gratia, cap. 24. n. 7. ubi ad obtinendam remissionem venialis fortasse, inquit, non requiritur propositum efficax non committendi simile veniale, sed satis esse poterit, habere displicentiam commissi cum desiderio, & petitione venia. Sed intelligendus cum gravis, nam quod requiratur implicitum efficax circa aliquod veniale, non dubitat Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 20. sect. 6. n. 3. alias Sacramentum esset invalidum. Semel autem in suo valore constituto sufficit ad aliorum venialium remissionem habere eorum displicentiam, juxta superius dicta.

QVÆSTIO VIII.

An ad singulas confessiones requiratur novus actus doloris?

1. **I**N duplici tantum casu, præsens quæstio locum habere potest. Primò, quando poenitens de omnibus peccatis universaliter doluit, oblitus tamen est, confiteri aliquod lethale, de quo post absolutionem recordatur, & statim confitetur. Secundò, quando eadem peccata, sive mortalia, sive venialia jam confessi, vult iterum de novo confiteri. Et in utroque communis Doctorum sententia tenet, ad novam absolutionem recipiendam, debere elici novum actum doloris. Fundamentum est, quia dolor est pars, & materia proxima Sacramenti, non minus, quam confessio; sed cum eadem confessione nequit duplex confici Sacramentum, ergo nec cum eodem dolore. Longè verò alia est ratio de peccatis: hæc enim sunt materia remota, quæ proinde duplici Sacramento, sicut eadem aqua duplici baptismo deservire potest: Ita sentiunt P. V. l. q. 92. ar. 2. dub. 5. n. 1. Filluc. tr. 6. de contrit. cap. 3. num. 77. D. an. 3. p. tr. 4. resol. 116. & Joann. Sanchez in selectis, disp. 1. num. 22.

2. Cæterum P. Henricus licet conveniat cum communi sententia, quoad secundum casum; negat tamen

quoad primum. Ait igitur lib. 1. de Poenitentia, num. 7. cum, qui peccatum oblitum in prima confessione, statim confitetur, non teneat novum dolorem elicere, sed virtute prioris absolvi posse, & quæ Sacramentalem recipere: secus verò, si in nova confessione repeteret peccatum, à quo in alia confessione fuit directè absolutus. Movetur ad id, quod constituitur, ex eo quod dolor ille in nova confessione oblita extensus, non fuit per primum Sacramentum rectè informatus, quatenus ad oblitam terminatur. Quæ diceret, dolor ut terminatus ad oblitam, non terminatur in prima confessione, ac proinde iterum poterit esse pars, & materia proxima in secunda, si cus verò contingit, quando in nova confessione obliuiscuntur eadem peccata, à quibus in alia fuerat penitus absolutus; nam cum dolor, ut ad illam terminatus, fuerit pars proxima primi Sacramenti, non potest ad secundum deservire.

3. Hanc doctrinam, quatenus ponit discriminter unum, & alterum casum, multis evertit Card. de Lugo disp. 14. sect. 3. num. 33. considerans dolorem, ut terminatum ad oblitam, si deinde iterum essentiale, & materiam proximam primæ confessionis. Verum sibi met contrarius, sententiam quam impugnatur, statim amplectitur, sect. 7. n. 2. loquens de dolore ut terminato ad oblitam, licet tale tamen dolor, prout terminatur ad illud peccatum, quod non confitetur, non esset materia Sacramenti, neque pars illius, quia non fit sensibilis per actum peccatorum confessionem. * Quod tenet etiam Suarez disp. 20. sect. 4. num. 24. Imò in hoc præcipue maxime nititur Lugo, ad altitudinem Sacramenti validum, & informe. Consequenter igitur P. Henricus, juxta sua principia, abique exigentia non oblitam primum casum admittit, in quo non eadem materia proxima, sed diversa diverso deservit Sacramento: per quod vitatur absurdum, quod communis doctrina fugere contendit; & negat secundum, in quo aliter contingit, eo quod dolor, ut terminatus ad oblitam, iterum confitetur, fuerit jam pars, & materia proxima in alia confessione.

4. Verum decisio hujus quæstionis non dependet ab his principiis, nam licet Doctores, qui sententiam non dari Sacramentum validum, & informe, aliter consequenter dolorem, ut terminatum ad oblitam, se partem Sacramenti Poenitentia, nihilominus, si poenitens post absolutionem recordatur, autem peccati oblitum, & statim confitetur, curare non debet, nec confessari adimonent, de novo dolorem elicere (quamvis sanum semper foret consilium precipue propter majorem securitatem valoris.) Insuper omnes Theologi Morales tanquam reminiscuntur supponunt, non tribundum, qui propter instantem mortem, non test omnia sua peccata lethalia confiteri; postea libet audito, absolvi, & deinde confessionem perquiri, novas recipiendo absolutiones novis expiatis: nec ulius est, qui novum dolorem elicitur singulis absolutiones requirit. Imò id inobliviscuntur, & ferè impossibile foret. Omnes igitur communiter sentiunt, eundem dolorem duplici Sacramento deservire posse, etiam si utrobique terminatus sit materia proxima, seu materia proxima, seu materia proxima, quam in altero casu debent hanc sententiam amplecti, ac proinde non solum illam, qui de oblitam tantum confitetur, ut vult Henricus, sed etiam tantum se accusat de peccatis jam confessis, non tantum novum actum doloris elicere, sed virtute prioris mortaliter perseverantis pluries absolvi posse.

5. Hujus assertionis ratio est, quia ad diversum do-

cramentum non requiritur, quod tota materia proxima sit diversa, sed sufficit, quod materia per se sensibilis diversa sit. Idque debent fateri omnes: nam Corpus Christi Dominum est materia proxima, & pars essentialis Eucharistiae, eo modo, quo est materia proxima attritio, & pars essentialis poenitentiae. Constat enim speciebus, & Corpore Christi, quod per illas sensibilis sit, sicut Sacramentum poenitentiae confessione, & dolore, qui per illam sensibilis redditur, ut ex PP. Hieronymo. Ambrosio Theodoro, Tertuliano, & aliis probat P. Vasquez de Euchar. disput. 167. cap. 5. & 6. Sed idem Corpus Christi est materia proxima, & diversis numero Sacramentis, ut bene tradidit ipse Vasquez, sup. disp. 178. cap. 2. Ergo eadem materia proxima inadæquata, & quæ per se sensibilis non est, potest pluribus Sacramentis deservire.

6. Quod potest efficere ter suaderi, quia ad novum Sacramentum conficiendum, solum tenetur poenitens adhibere materiam, ex qua nova accedens resolutione, novum Sacramentum coalescat: sed eo præsertim, quod materia proxima per se sensibilis diversa sit, resultat diversum Sacramentum, ut constat in Eucharistia. Ergo ad novum Sacramentum conficiendum, solum tenetur novam confessionem efficere, non vero novum eorumdem peccatorum dolorem elicere. Cum enim Sacramentum dicatur, ex quo quod gratiam sanctificantem significet, eo præsertim, quod dentur plura signifiantia gratiam, plura consequuntur Sacramenta. Et sicut ad multiplicatam Sacramenti Eucharistiae sufficit, quod plures species idem Corpus Christi significant; ita ad pluralitatem Sacramenti poenitentiae sufficit, quod plures confessiones eundem dolorem sensibilem reddant.

7. Propter hæc, in hiis semper arrisit hæc sententia, illamque expressè tenent viri doctissimi, M. Petrus de Ledesma in Sum. cap. 4. de Poenitent. concl. 8. dub. 2. ibi: * La segunda duda es, si bastará repetir la confesión vocal de los mismos pecados, para poderse iterar la forma, o si será necesario también repetir el dolor, &c. Algunos hombres doctos, discípulos de S. Thomas, enseñan, que para repetir la forma sobre los mismos pecados, no basta hazer nueva confesión, sino que es necesario repetir el dolor, y tener de nuevo, y de otra mane ra fiera pecado, y a en legio. A esta duda, mi parecer es, que aunque esta senten cia referida tenga alguna probabilidad, la contraria es mas probable, y mas comun entre los Doctores, en el lugar que tengo citado (nempè 3. p. quæst. 84. artic. 3. ad ultimum,) y esto se ha de seguir.*

8. M. Joann. de la Cruz in direct. de Sacram. Poenit. q. 1. dub. 6. * An verò sufficiat, repetere vocalem confessionem eorumdem peccatorum remissorum, sine novo dolore? Probab le est, quod non sufficiat, nam materia proxima poenitentiae, non est sola confessio, sed & contritio, & satisfactio; ergo totum est repetendum. Sed probab lius est oppositum. Ita Ledesma. Nam repetita sola confessione vocali, repetitur materia proxima, etsi non totaliter, & hoc fatetur, ut repetatur forma. Et sic patet argumentum oppositum. Præterquam quod repetita confessione vocali, repetitur saltem virtualiter dolor, in ordine ad confessionem vocalem. Si arguas. Num etiam fatetur repetere dolorem eorumdem peccatorum, sine nova confessione vocalem, cum contritio, sicut & confessio sit pars Sacramenti poenitentiae? Ad hoc nego antecedens. Nam confessio in ratione partis Sacramenti est præcipua, imò contritio non est pars, nisi in ordine ad confessionem vocalem, cum non sit signum sensibile, nisi in quantum per confessionem manife-

statur. Et sic, si non repetitur confessio, etsi repetatur contritio, non repetitur materia proxima sensibilis.*

9. Remigius in Sum. tract. 5. cap. 5. §. 14. ibi: * Quando uno se confiesa solo de pecados ya confessados, no está obligado à hazer particular acto de contrición, ò attrición, para ser absuelto; porque por el mismo caso que repite la confesión, repite tambien la contrición, y dolor de los pecados ya confessados. Con que se abre puerta para soslegar à muchas personas de temerosa conciencia, que se confiesan à menudo, y de los mismos pecados, y nunca acaban de creer, que tienen dolor de sus culpas.*

10. Leander à Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 7. quæst. 4. * An quando quis iterum confiteatur eadem peccata, à quibus jam directè fuerat absolutus, teneatur habere novum dolorem eorumdem peccatorum? Affirmant Henriquez, Fillucius, Vasquez, Bonacina, Bernal. Sed à quæ probabiliter respondeo, non teneri ad habendum novum dolorem formalem, &c. quia repetita confessione vocali, repetitur saltem virtualiter dolor præcedentis confessionis, perseverans adhuc moraliter, & virtualiter.*

11. Dicastillo tom. de Poenitent. tract. 8. disp. 6. dub. 12. fol. 286. inquires: * An pro nova confessione novus actus doloris requiratur? * Postquam fundamenta jecit, concludit num. 160. * Ex tota hac doctrina asserendum est, non solum casu illo assignato ab Henriquez, quando novum peccatum quis confiteatur, quod oblivione non dixerat, sed quando eadem omnino peccata novæ confessioni subjiciuntur, sufficere antiquum dolorem, vel physicè, vel moraliter manentem adhuc. Ratio est, quia potest idem dolor per novam confessionem novæ absolutioni subijci, &c. * Sicillè.

12. Insuper hanc sententiam probabilem putavit Diana 3. p. tract. 4. resol. 116. & p. 9. tract. 9. resol. 51. & p. 10. tract. 16. resol. 30. & absolute illam amplectitur p. 11. tract. 5. resol. 21. & tanquam probabili subserbit Tancredi in Quæstionib. Moralib. tract. 1. p. 2. de Sacram. Poenitent. quæst. 6. fol. 93. dicens: * Non improbabile puto, unum dolorem non retractatum sufficere ad plures confessiones eorumdem peccatorum. * Et Vetricelli tom. 1. Quæstionum Moral. tract. 5. quæst. 5. numer. 20. ibi: * Probabiliter multi docent, quod si accederet poenitens in præsentis confessione, cum nullo prius dolore, sufficit illa peccata esse in alia confessione retractata, &c. Ratio est, quia sufficit repetere materiam proximam (id est, per se sensibilem) nempè confessionem, ut repetatur forma.*

13. Quibus accedunt Card. de Lugo, & alii, quos refert disp. 14. sect. 3. num. 34. ubi sic: * Joannes de Salas in manuscriptis de Poenitent. quæst. 84. art. 10. relata sententia aliquorum recentiorum, qui dicebant, requiri novum dolorem, sicut novam confessionem, ad valorem Sacramenti, ipse dicit, contrarium verius esse, & sufficere, quod partes sensibiles novæ sint, &c. Eandem sententiam indicavit obiter quidam alius M. Salmanticensis, dicens, illam non videri improbabilem. Clarius autem, & expressè illam docuit Petrus de Ledesma, & Joannes de la Cruz. Apud alios nil invenio pro hac parte, nec etiam contra illam, quam quidem ego non audeo reprobare. * Hec Lugo.

14. Denique hanc sententiam tenent Josephus de Januario in Resol. moral. p. 1. resol. 30. num. 1. & sequent. Fr. Luis de San Juan in Sum. de Sacram. Poenitent. quæst. 1. artic. 14. dub. 3. & Rever. P. Fr. Christophorus Delgadillo tom. de Poenitent. cap. 14. dub. 8. ubi sic: * Petrus octavo, an quando quis iterum confiteatur peccata

QVÆSTIO IX.

Quanto tempore possit dolor confessionem præcedere?

eata jam ritè confessâ, teneatur elicere novum actum displicentiæ? Respondetur negativè, quia, posita nova confessione, perseverante antiqua displicentiâ peccati, id est, non retractata, variatur, seu multiplicatur proxima materia Sacramenti, ergo super illam poterit cadere nova absolutio. * Sic ibi: & iterum in *Quest. moral.* Hispano idiomate cûsa Mattiri anno Domini 1660. cui subscripserunt celeberrimos Doctores, & Magistri Universitatum Salmanticensis, & Complutensis, quos sigillatim ibi cum approbationibus refert. Unam pro omnibus adducere placuit, doctissimi & amicissimi Doctoris D. Joannis Zafilla & Azagra, Majoris Divi Ildephoni Complutensis Universitatis olim Collegæ, atque Rectoris, & Primariæ Sacræ Theologiæ D. Thomæ Cathedralæ moderatoris, & inde Toletanæ Ecclesiæ Canonici meruissimi, qui huic opinioni subscribens, sic inquit: * Quando enstas segundas confessiones no huviere dolor expreso, es muy probable, que se haze valido, y fructuoso el Sacramento de la Penitencia con el dolor pasado, &c. Y que un dolor baste para muchos Sacramentos de la Penitencia, lo ensenna Henriquez, Ledesma, Cruz, Salas, Leander, Remigio, el Eminentiss. Card. de Lugo, &c. Esta opinion la da por probable Diana, & novissimè el Padre Maestro Matheo de Moya, Catedratico que fue de Vísperas en este Colegio de la Compañia de Alcalá, y aora de Prima en el Imperial de Madrid, en su materia de Penitencia *disput. 15. cap. 12.* adonde dà razones tan eficazes, que haze mas que probable la parte. * Eandem sententiam sequitur Tamburinus in *Methodo lib. 1. cap. 2. §. 5.* cum hac tamen limitatione: *Dummodo antiquus ille dolor non sit, ita tempore disjunctus ab hac confessione, ut moraliter unum quid cum hac facere non censeatur.* Quæ autem conjunctio requiratur, dicemus ex professo questione sequenti.

15. Obijcies: eadem accusatio, etiam si diversos dolores significaret, non sufficeret ad diversa Sacramenta: ergo neque idem dolor sufficeret, etiam si per diversas accusationes significetur. Respondeo negando consequentiam: & argumentum retorqueo in Eucharistia, ubi ad pluralitatem Sacramenti requiritur multiplicitas materiæ proximæ per se sensibilis, non verò materiæ, quæ per se sensibilis non est; imò neque id concludit: hujus enim unitas, vel multiplicitas non facit esse unum, vel plura significantia gratiam justificantem, & consequenter non facit, esse unum, vel plura Sacramenta. Cum igitur ex parte materiæ in Sacramento Pœnitentiæ sola confessio sit per se sensibilis, ex illius tantum unitate, & pluralitate unitas, vel pluralitas Sacramenti desumenda est. Unde fit, quod licet eadem accusatio significans diversos dolores, deservire nequeat ad diversa Sacramenta; idem tamen dolor per plures accusationes significatus sufficiat. Respondeo secundo ex Card. de Lugo, peculiarem in hoc Sacramento inventi rationem: nam cum per modum iudicii institutum sit, non potest secundo exerceri absque nova accusatione: nequit enim iudex super eadem causa iterum sententiam ferre, nisi nova accusatio, & novus processus fiat: totum autem hoc absque novo dolore potest consistere; nam diversa peccatorum narratio, licet eundem dolorem connotet, diversa est accusatio, ut potè diversum concretum accidentale more adjectivorum significans.

1. Ad præcedentis quæstionis complementum restat modo examinare, quænam ratio requiratur inter dolorem, & confessionem? enim nullus designetur terminus, potest per unum initio anni, v. gr. habere dolorem de aliquo peccato jam confessis, & virtutem illius, dummodo peccatum mortale non fuerit retractatus, cunctis singulis diebus aliquid ex his, de quibus doluit venialibus occurrentibus, prout libuerit. Sequitur inevitabilis videtur, quædamquidem, ut quæ præcedenti probavimus, idem tamen dolor pluribus sacramentis deservire potest: nec novo indiget dolore, qui peccata jam confessâ tantum eductæ materiæ, & aliunde eorum dolorem nunquam retractavit.

2. Ex Doctores, qui novum dolorem ad novam eorumdem peccatorum confessionem non requirunt, Salas, Ledesma, & Joannes de la Cruz absque limitatione aliqua, præfixam conclusionem defendunt, nec de conjunctione inter dolorem, & confessionem meminerunt. Lugo autem *suprà num. 35.* moralem aliquam unionem requirit, ad quam, ait, tempus aliquid debet ab utroque taxari, intra quod debet esse dolor, & licet propter longam distantiam non possit esse moralis inter partes. Ipse verò nullum tempus determinat, nec explicat, quænam esset longa distantia, Præpositus in 3. p. quæst. 2. dub. 1. numer. 20. moralem conjunctionem intervenire putat, si quis non sperè attritionem habuerit, & sequenti die eodem novo dolore confiteatur. Idque tanquam verum supponit Lugo *suprà disput. 14. sect. 4. numer. 16. 17. 18.* & ex D. Thoma tradit Diana 5. p. tract. 14. res. 1. 2. sequitur Tamburinus *op. cit. lib. 1. cap. 2. §. 4. numer. 1.* qui addit, dolorem per quatuor, aut quinque dies antea conceptum sufficere, concluditque, dicentem: * Longiorem temporis extensionem nondum invenit quoad Theologos, si quis inveniat, vel longiorem satis esse autem, hic oro subscribat. * Sic loquitur. Sed alii longiorem invenerunt, quos miror eorum eruditum latuisse.

3. Diciturillo tom. de Pœnitent. *disput. 6. numer. 107.* non finem, inquit, eum, qui, confessione audita, distulit aliqua causa absolutionem, (v. gr. ob frequentiam peccati) posse post multos dies illum absolvere. Id id etiam, inquit, potest quilibet alius Sacerdos in casu necessitatis, si de priori confessione, etiam alios, habuerit notitiam. P. Tancredi in *questione Moral. disput. 4. quæst. 7. fol. 94.* dicit: * Communi consensu facere dolorem mente antecedenti elictum de peccatis, si nunquam fuerit retractatus, & aliquando plus attentis circumstantiis. *

4. P. Granado in 3. p. controver. 7. tract. 3. *disput. 1. numer. 7.* asserit, ad moralem conjunctionem pertinere, dolorem moraliter, seu virtualiter, perseverare: tandiu autem, inquit, sic perseverat, quando pœnitens interrogatus, cur doluit, possit sine nova deliberatione respondere, se doluisse, ut confiteatur, & non retractasse dolorem, quia vult confiteri. Præbat paritate intentionis Missæ, quæ tandiu dicitur virtualiter durare in ordine ad conficiendum Sacramentum.